UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jnstitutio moralis philosophie metrica

Horatius Flaccus, Quintus

Dauentrie, 1504

Ad numitium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70184

Visual Library

Quid mihi fortuna ſi non conceditur vti
Parcus ob heredis curam nimiumq; ſeuerus
Aſſidet inſano. potare et ſpargere flores
Incipiam? patiarq; vel inconſultus haberi
Quid non ebrietas deſignat. operta recludit
Spes iubet eſſe ratas: ad prelia trudit inermem
Sollicitis animis onus eximit. ac docet artes
Foecundi calices quem non fecere diſertum
Contracta quem non in paupertate ſolutum?
Hec ego procurare et idoneus imperor et non
Inuitus: ne turpe toral: ne ſordida mappa
Corruget nares: nec non et cantarus et lanx
Oſtendat tibi te: ne fidos inter amicos.
Sit qui dicta foris eliminet: vt coeat par
Iungaturq; pari. brutum tibi ſeptimiumq;
Et niſi coena priorq; potior puella ſabinum
Detinet ad ſummam locus eſt et pluribus vmbris?
Sed nimis arcta premunt olidee conuiuia capre
Tu quottus eſſe velis? reſcribe: et rebus omiſſis
Atria ſeruantem poſtico falle clientem

¶ Argumentum epiſtole Sexte

Aurea oino epiſtola. et ex q̄ grauiſſimorum phorum ſnia rectiſſime ɔcludat aim ꝑturbationibus vacantē btūm eſſe Cōtrario qui illis agitatur. eum miſerum eſſe ¶

¶ Ad numitium?

Nil admirari properes eſt vna numici
Solaq; que poſſit facere et ſeruare beatum
Hunc ſolem et ſtellas et ducentia certis
Tempora momentis: ſunt qui formidine nulla

Imbuti ſpectent. quid cenſes munera terrę
Quid maris extremos arabas ditantis ⁊ indos
Ludicra quid plauſus ⁊ amici dona quiritis
Quo ſpectanda modo: quo ſenſu credis ⁊ ore
Qui timet his aduerſa fere miratur eodem
Quo cupiens pacto pauor eſt vtrobiqꝫ moleſtus
Improuiſa ſimul ſpecie exterret vtrumqꝫ
Gaudeat? an doleat: cupiat metuatue quid ad rem
Si quicquid vidit melius peiuſue ſuaſpe
Defixis oculis animoqꝫ ⁊ corpore torpet:
Inſani ſapiens nomen ferat ęquus iniqui
Vltra quam ſatis eſt virtutem ſi petat ipſam
I nunc argentum: ⁊ marmor vetus: ęraqꝫ ⁊ artes
Suſcipe cum gemmis tyrios mirare colores
Gaude ꝙ ſpectant oculi te mille loquentem
Gnauus mane forum ⁊ veſpertinus pete tectum
Ne plus frumenti dotalibus emetat agris
Mutus ⁊ indignum quod ſit peioribus ortus
Hic tibi ſit potius ꝙ tu mirabilis illi
Quicquid ſub terra eſt in apricum proferet ętas
Defodiet. condetqꝫ nitentia: cum bene notus
Porticus agrippe ⁊ via te conſpexerit appi
Ire tamen reſtat? Numa quo deuenit ⁊ Ancus
Si latus aut renes morbo tentantur acuto
Quere fugam morbi. vis recte viuere: quis non?
Si virtus hoc vna poteſt dare: fortis omiſſis
Hoc age delicijs virtutem verba putas? vt
Lucum ligna. caue ne portus occupet alter
Ne tybiratica ne bythina negotia perdas

Mille talenta rotundentur: totidem altera porro
Tercia ſuccedant et quę pars quadret aceruum
Scilicet vxorē cum dote fidemq; ꝛ amicos
Et genus et formam regina pecunia donat
Ac bene nummatum decorat ſuadela: venuſq;
Mancipijs locuples eget ęris cappodocum rex
Ne fueris hic tu. clamydes lucullus (vt aiunt)
Si poſſet centum ſcenę prebere rogatus
Qui poſſum tot ait tamen ꝛ queram ꝛ q̄ habebo
Mittam. poſt paulo ſcribit ſibi milia quinq;
Eſſe domi clamydum. partem vel tolleret omnes
Exilis domus eſt: vbi non ꝛ multa ſuperſunt
Et dominum fallunt: ꝛ proſunt furibus: ergo
Si res ſola poteſt facere ꝛ ſeruare beatum
Hoc primus repetas opus hoc poſtremus omittas
Si fortunatum ſpecies ꝛ gratia preſtet
Mercemur ſeruum qui dictet nomina: ſeuum
Qui fodiat latus ꝛ cogat trans pondera dextram
Porrigere hic multum in fabia valet ille velina
Cui libet hic faſces dabit eripietq; curule
Cui volet importunus ebur: frater: pater: adde
Ut cuiq; eſt ętas. ita quemq; facetus adopta
Si bene qui coenat: bene viuit lucet: eamus
Quo ducet gula. piſcemur. venemur vt olim
Gargilius qui mane plagas. venabula. ſeruos
Differtum tranſire forum populumq; iubebat
Unus vt e multis populo ſpectante referret
Emptum mulus aprum crudi tumidiq; lauemur
Quid deceat: quid non obliti. cerite cera

Digni remigium vicioſum. ita cenſis Vlixei:
Cui potior patria fuit interdicta voluptas
Si menermus vti cenſet ſine amore iociſq;
Nil eſt iucundum viuas in amore iociſq;
Viue. vale: ſi quid nouiſti rectius iſtis
Candidus imparti ſi non: his vtere mecum

Argumentum epiſtole ſeptiē

VT vera et ad vitam degendam ſalutaria p̄cepta in hac epiſtola concludit Horatius. Primo enim demonſtrat licere nobis ſaluo iure Atq; honeſto non ſeruare ꝓmiſſa que ſeruata et nobis nocerent et ei cui ꝓmiſimus nulla in p̄te ꝓdeſſent Preterea eſſe veri amici nō exigere ab amico id q̄ aduerſus cōmodū ſuum ſit Poſtremo negat eſſe boni viri velle ſuis beneficijs alteri⁹ libertatē emere. turpeq; eē hoībus illā vllis muneribꝰ vendere lōgeq; p̄ſtare in in paup̄tate degere citra oē vtrumq; aduerſus naturam ſuam laborioſa ſubire.

Ad Mecenatem

Quinq; dies tibi pollicitus me rure futurum
Sextilem totum mendax deſideror. atqui
Si me viuere vis recteq; videre valentem
Quam mihi das egro: dabis egrotari timenti
Moecenas veniam dum ficus prima colorq;
Deſignatorem decorat lectoribus atris
Dum pueris omnis pater ⁊ matercula pallet,
Officioſaq; ſedulitas et opella forenſis
Adducit febres: ⁊ teſtamenta reſignat
Quod ſi bruma niues albanis illinet agris:
Ad mare deſcendet vates tuus: ⁊ ſibi parcet
Contractuſq; leget te dulcis amice reuiſet
Cum zephiris, ſi concedas ⁊ hirundine prima
Non quo more piris veſci calaber iubet hoſpes:

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN